

nidē strauere: praeterea si sit insolens imperij  
modicis que parentibus, quo dignus principatu  
videatur, omnia sursum deorsum miscet  
in vitam & fortunas ciuium debacchatur, in  
summa timeri mauult quā amari. CÆS. Nūc  
quam talia mihi uenerant in mētem: nec pos  
sum adduci ut credam tantum facinus a Ma  
rio cogitatum fuisse. SyL. Non uideris Cæ  
sar satis cognoscere naturas hominum, præci  
pue quum ingenium Marij uasfrū ferox ma  
lignum ingratum ac plane rusticum, & ad do  
minationem semper erectum non perspexe  
ris: nam ea quæ hactenus recensui porro le  
uia dixeris, præijs quæ referenda sunt. CÆS.  
Illam iacturam ex disiectis monumentis ma  
iorum & memoria generis oblitterata intole  
rabilem nedum grauem accepissemus: præ  
staret meo iudicio uita carere, quam per sum  
mam iniuriam in ordinem plebeium coactos  
amissis ornamentis familię infelicem spiritū  
trahere. Sed quę sunt ea, quæ grauiora dixis  
sti? SyL. Vbi generosus iste ex balneo de tā  
ta calamitate publica triumphasset, Gygātū  
percitus amentia in contumeliam reliquę no  
bilitatis erexisset staturas flagitiosorum homi  
num: qui aut legibus agrarijs, aut legum ab